

# Gérondif et adjectif verbal

OS latin | EPS Préverenges | aj | Les Sententiae de Publilius Syrus

- Alienum est omne quicquid optando evenit.
- Ad paenitendum properat, cito qui iudicat.
- Amantis jus jurandum poenam non habet.
- Amans ita ut fax agitando ardescit magis.
- Audendo virtus crescit, tardando timor.
- Bonum est fugienda aspicere in alieno malo.
- Beneficium dando accepit qui digno dedit.
- Cavendi nulla est dimittenda occasio.
- Casta ad virum matrona parendo imperat.
- Crebro ignoscendo facies de stulto improbum.
- Diu adparandum est bellum ut vincas celerius.
- Deliberandum est saepe : statuendum est semel.
- Damnum appellandum est cum mala fama lucrum.
- Deliberando discitur sapientia.
- Deliberando saepe perit occasio.
- Eheu quam miserum est fieri metuendo senem.
- Heu quam est timendus qui mori tutum putat !
- Heu quam multa paenitenda incurrunt vivendo diu !
- Jactum tacendo crimen facias acrius.
- In iudicando criminosa est celeritas.
- Malus est vocandus qui sua est causa bonus.

- Male dictum interpretando facias acrius.
- Male imperando summum imperium amittitur.
- Multa ignoscendo fit potens potentior.
- Metuendum est semper, esse cum tutus velis.
- Negandi causa avarum numquam deficit.
- Nimia concedendo interdum fit stultitia <stultior>.
- Nimium altercando veritas amittitur.
- Nemo timendo ad summum pervenit locum.
- Perdendi finem nemo nisi egestas facit.
- Properare in judicando est crimen quaerere.
- Pervendi scire tempus assidue est mori.
- Patiendo multa venient quae nequeas pati.
- Qui jus jurandum servat quovis pervenit.
- Quicquid vindicandum est, <omnis> optima est occasio.
- Quod quisque amat laudando commendat sibi.
- Quod est timendum decipit si negligas.
- Ratione non vi vincenda adolescentia est.
- Sapiens locum dat requiescendi injuriae.
- Sine dolore est vulnus quod ferendum est cum victoria.
- Semper metuendo sapiens evitat malum.
- Semper metuendum quicquid irasci potest.
- Temptando cuncta caeci quoque tuto ambulant.
- Veterem ferendo injuriam invites novam.